

auditum ab officialibus qui eas concesserunt et a Clericis  
recepérunt easdem. de facto sententiarum Episcopi Petri  
dixit Idem quod testis predictus. et addidit quod ispe  
vidit quoniam Blasius qui erat tunc temporis Baiulus  
Montis viridis et quod ipsum Episcopum in ipsorum pos-  
sessionem Iurium . . . . rhabant venit nudus et discalciat-  
tus cum comgia in collo de Capite Terre carbonarie usque  
ad pedes Episcopi supradicti et super emenda corporali-  
ter prestito Iuramento fuit absolutus ab eo in presencia  
populi Carbonarie. de tempore concordat cum teste pre-  
dicto. § Iudex Melfisius de eadem terra testis Iuratus *etc.*  
dixit Idem quod Robbertus archipresbiter testis secundus.  
addidit quod recordatur de sexaginta annis *etc.* § Sebastianus  
de eadem terra *etc.* dixit Idem quod donatus primus  
testis *etc.* de facto decimarum recordatur de quinquaginta-  
quinque annis *etc.* § Bonus infans de eadem terra *etc.*  
dixit idem quod Robbertus *etc.* et quod recordatur de tri-  
ginta annis. de facto decimarum dixit quod ipse morabat-  
tur cum domino Michaele tunc temporis Cantore Ecclesie  
Montis viridis. et vidi et audivit quoniam fiebat Inqui-  
sicio super decimis. et vidi quando officiales Curie Montis  
viridis dederunt ipsas decimas Episcopo Matheo et Cleri-  
cis Montis viridis et ipsi receperunt easdem. de tempore  
non plene recordatur. sed credit quod sint viginti tres  
anni et sic descendendo usque ad decimum nonum annum.  
§ Guillelmus de melisenda de Monte viridi *etc.* dixit idem  
quod donatus *etc.* de tempore recordatur de triginta annis.  
*etc.* § Die sexto Ianuarii quartedecime Indictionis. Roge-  
rius de saxo. Petrus augustaldus. Iohannes de Laureto.  
Petrus de ytalia. Matheus donadius. Dangerorus. Matheus  
de Magistro Robberto. Matheus de ytalia. Iohannes Rus-  
sus. homines de Monte viride coram nobis in Melfia com-  
parentes cum essent per nos excommunicati sua contuma-  
cia exigentes eo quod nec citati legitime timore predicti  
Nobilis ut dicebant noblebant super predictis Iuribus pro-